

Francisco Xavier Alves

Deu entrada na Bibliotheca da Univ.
em Junho de 1857.

A. Diniz

Inauguralis Dissertatio

Super obitu...

Medicinae...



De febre puerperali.

Argumentum...

Quoniam...

Quae...

London June 18th 1841

Dear Sir
I have the honor to acknowledge the receipt of your letter of the 14th inst. in relation to the above named subject.

I have the honor to inform you that the same has been forwarded to the proper authorities for their consideration.



I am, Sir, very respectfully,
Your obedient servant,
J. G. [Signature]

Introductio.

Inaugurali Dissertationi

ea

Sapientissimi Amplissimique

Medicorum Senatus

Decreto



Argumentum praebet:

Numquid inter febrem puerperalem, metro-puritoniam et phlebitem uterinam verum datur discrimen? —

Quae rationalis huius febris curatio? —

Medici ac chirurgi ea artis obstetriciae
notione per multos morbos mulierum ac
infantium melius dijudicare et curare dis-
cunt.

(Hensch). -



4 Introductio.



Functio physiologica, qua foetus eique
annuas per generationis naturales vias
sponte expelluntur, partus vocatur.

Scientia, quae de illa disserit, tocolo-
gia dicitur.

Cum si praticè spectes, partus sim-
plicem spontaneam significat expulsio-
nem, aut artificialem foetus viabilis ex-
tractionem per cavalem vulvo-uterinum.

Legum aut praceptorum, ad horum
unumquidquid obtinendum, adhibendum
complexus, ars obstetricia dicitur.

Ita censebat Flueck, quum artem obs-
tetriciam diceret: «Scientiam methodum
adocentem, qua mulier parturientis in
«partu naturali et difficili adjuvari
«possit.»

In arte obstetricia imprimis exercenda
res dantur, in quibus Medicinae auxilia
et aperte necessaria et praesentissima
sunt. Unius, alteriusve foeminae, opti-
ma valetudine gaudentis, vitae ea opu-
ratione plus minusve apta, et ea in-
dicatione plus minusve accurata suspen-
dunt. Quae causa est, cur a me-

dicinae ars obstetricia ad se incunabulis
animos illorum converterit, quicumque
et alios Hominibus sanandis, et illorum
saltem doloribus levandis sese dederunt.

Antequam Societas Pythagorica sol-
veretur, artis medendi imperium per-
nes Aesclepiades erat; qui tanquam fa-
miliare patrimonium cognitiones suas
posteris in manus tradebant. Arca-
na scientiae illis modo aperiebantur,
qui antea fuerant caeperti. Scholae
juxta singula templa Aesculapio dica-
tae ad medicinam edocendam insti-
tutae fuerant. Quum Pythagorae dis-
cipuli mysteria scientiae revelarent;
quum nonnulli, arti medendi dediti,
aegrotos apud eos ipsos invisendi me-
rem invicere, Sacerdotes Aesculapii
arcana diutius retinere nequiverunt,
quin ea solo medicinae, cui hactenus
insiderant, deturbarentur.

Qui templo Epidaurii ministrabant,
primum principia, et praecepta suae medi-
cae regulas scriptas ediderunt. Aescle-
piades in Chio, exemplum collegarum

sequenti, varios quoque tractatus edide-
re, postea nomine Opusum Hippo-
craticorum insignitos, et ea antiquae
medicinae praestantissimis monumen-
tis unum. Hos inter videre est
nonnulla scripta, ad artem partuum
mulierumque morbos pertinentia; in pri-
mis illum, quod de superfetatione
inscribitur, et cognitionum Aesclepiea-
dearum de illa re summa capita
complectitur. Illius operis preti-
um, si tempus, quo fuit scriptum,
animadvertas, sanè indubium.

Aphorismi Hippocratis de arte obs-
tetricia praecepta continent practica,
nostra etiam aetate minimè proorsus
despicienda. Exemplo sint Aphoris-
mi trigessimus octavus sectionis quartae,
et trigessimus quintus, quadragessimus ~~octavus~~
~~duodecimus~~, quadragessimus octavus, quinquagesimus ~~secundus~~
quingagesimus quintus sectionis quintae.

Haec antiquus, et quodammodo eti-
am nunc perperam servatus, committendi
Geminis, ut plurimum imperitis, partus
operationes, progressum artis obstetriciae

impediret, necesse erat. Saeculi decimo
mi et sexti Chirurgi, quanti ille scien-
tiarum medicarum ramulus momenti
esset, satis cognovimus: nullus tamen
tam acri studio illi operam dedit,
quam Jaymus Guillelmus, atque Francis-
ciscus Roussel, Ducis Saboyae medi-
cus. Hic quidem operationem cesa-
rianam, ab veteribus Graecis ac Roma-
nis cognitam, et à recentioribus pro-
sus desertam, accuratissime prospexerunt.
Prava opinione, qua medici ab arte obs-
tetricia excluderentur, in dies
magis labefactata, novum abum illi
arti illucit, quae, veteri usu relicto,
formam verè scientificam suscipere
incipit. Anno millesimo sexcen-
tesimo sexagesimo octavo Franciscus
Chamberlain tractatum de morbis praeg-
nantium, et puerperarum edidit.
Chamberlain, obstetriciam Londini
agens, Fossipem invenit, quae à Smelli-
o in Anglia primo, et à Levret in
Gallia deinde, perfecta, magnam o-
peram arti praebuit obstetriciae.

Simul atque docta et benefica institu-
ta per singulas urbes Europae praeci-
pue multiplicabantur; Scholae quoque
practicae partuum aperiuntur, ubi uti-
usque suus alumni, sanam doctrinam
haerentes, pravi usus diu concreta vitia
depurabant. Ita ingenia eminere multa,
quae nostra mirata aetas vidit: ita
inter ipsas plurimae foeminae castitese,
adcuratae observationis fructus scriptis
mandare ausae.

Medici obstetriciam agentis officium
non parturitionis actum tantum obser-
vat ac dirigit, aut operationes, inter
dystociam indicatas, tantummodo ca-
sequitur. Functio valde complexa

partus est; cuius praecipuum organum
num uterus. Mulier praegnans in

statu longe singulari se habet.
Modificationes, quas uterus subit, in
totam oeconomiam agunt; indeque ori-
untur phaenomena status pathologicae
peculiares saepe progignuntia. "Ute-
rus, ait Democritus ad Hippocratem,
"infinitarum acummarum in mulieri-

«sua causa est».

Medico obstetricanti mulier partu-
riens nequaquam deservenda, et incom-
moda, inter graviditatem supervenientia,
illi sunt attenti perpendenda. Post
partum cura obstetricantis in dies cus-
cit. Matris, et infantis vita summo
studio invigilanda.

In puerpera phenomena videntur,
partus functionem perficientia, nec sem-
per rite facta. Nonnunquam phae-
nomena existunt pathologica singula-
ri caractere insignita, quibus permo-
tus, medicus obstetricans foeminae ne-
per matri factae, auxilium, opem
et fere debet.

— Febris puerperalis, statum puerpe-
rii saepe comitatur; ideoque ad obs-
tetricantem adinet ad illam quoque a-
nimam intendere.

Haec igitur dissertatio ad toologi-
am seu partus scientiam pertinet.

Sans prior.

his causa est.

Ad quod abstergentes multum partu
rursus nequaquam deinde, et in com-
moda, inter graviditatem superuenientem,
illi sunt attenti perpendenda. Sicut
partum una abstergentes in, dicitur
et Matris et infantis vita dicitur
illud investiganda.

In summa, Phosphenas videtur
partu functionem proficiantia, nec sem-
per nisi facta. Et nunquam phos-
phenas existunt pathologica singula
et, coram incognita, quibus quibus
in, coram abstergentes Phosphenas in
per Matris partu, dicitur, quibus
et semper dicit.

De his Phosphenas, dicitur Phosphenas
in, dicitur, dicitur, dicitur, ad ab-
stergentes dicitur ad, dicitur, quibus
in, dicitur.

Non igitur dicitur ad, dicitur
in, dicitur, dicitur, dicitur.

²
Ici (dans la fièvre puerperale) l'inflam-
mation du péritoine, et de l'utérus n'est qu'une
des circonstances pathologiques de la maladie,
et non la maladie elle-même tout entière.

(Chailly).

Numquid inter febrem puerperalem, me-
tro-peritonitem et phlebitem utrinam
verum datur discrimen?

Haec est argumenti, mihi ad discernendum
phlebiti, pars prior, de qua jam hinc a-
gere incipiam.

I

Notio febris in genere.

Februm classis, in quam varia syste-
mata, in medicina praevaletia, vim ege-
re magnam, pars est pathologicae vas-
tissima, maxime confusa, atque vaga.

Ab scriptoribus Graecis πυρετός, πυρεσίς, a
Latinis febris, pyraia, ab Italis febbre,
ab Hispanis fiebre, calentura, ab Anglis
fever, nuncupata, febris, iuxta quos-
dam auctores à verbo latino fervere, aut
a nomine ferrose venit. Credebant
enim veteres, humores, tanquam li-
quidum, in ebullitionem perducere.

Alii à verbo febuare, febrem dedu-
cant, eam putant enim naturae ope-
rationem ad oeconomiam purgandam
praesentissimam.

Febris phaenomena significat, prae-
cipua cuiusdam morbidi status, ab
caloris incremento insignita. Quamobrem

verbo πυρετός Graeci usi fuerunt ad calorem febrilem significandum. Hippocrati Modi Van-Swieten est sententia, dicens: "Prior derivatio (à fervore) magis respondet communi opinioni veterum medicorum, qui calorem dixerunt febris essentiam; - πυρετός enim et πυρεψίς, hac significatione passim apud veteres Graecos usurpantur."

Ita etiam sentit Sauvages, et alii, qui veterum scripta attentè perspexerunt. "Hippocrates (ait Ricland) febrem appellat ignem, et febricitantes igne correptos."

Plurimae datae fuerunt febris definitiones; idque ea illo imprimis fit, quod plerique medici in definitionem student rationem inducere, quam de intima causa, febrisque essentia animo formatam habent.

In rebus medicis verò hanc definitionem rationem non tutiorem habemus: imò anteferendum ducimus definitionem, quae brevi praecipuorum rei characterum enumeratione insititur.

Quum bilis aut pituita calefacta

« fuerit, totum reliquum corpus ab his
« Calebit, et vocatur hoc febris. Calebit
« autem bilis aut pituita, intrinsecus
« quidem a cibis, et potibus, a quibus e-
« tiam nutritur ac augetur: extrinsecus
« autem a laboribus ac vulneribus, et a
« Calido nimium calefaciente, et a frigi-
« do nimium frige faciente. (Hipp. lib. 1.º de mor-
« tis).

« Quum sanguis percaluerit et vim de-
« spulerit, ac rursus ad suam naturam
« redierit, concalebit simul et pituita,
« et bilis sanguini permixta, et san-
« guis ipse seipso multipliciter calidior
« evadit. His igitur percalefactis, ne-
« cesse est febrem succedere post rigorem
« propter sanguinis caliditatem. (Idem).

« Febres plurimae à bile fiunt. Species
« ipsarum quatuor sunt, praeter eas quae
« ab occultis doloribus generantur. No-
« mina ipsarum sunt: continenis, quoti-
« diana, tertiana, et quartana.

« Continenis itaque appellata, à plurima
« ac meracissima bile provenit. Qua
« tertiana vero post continentem à plurima

abile generatur..... Terciana autem longior
est quam quotidiana, et à pauciore bi-
le gignitur. Quod autem quartanae
febris atrae bilis participes sunt, vel
hinc condiscere licet. (Hipp. de natu-
ra hominis.)

Ex hac brevi pyretologiae Hippocra-
ticae expositione apparet, quantum ab
hodierna doctrina Senioris Coi doctrina
differat.

Galenus cum Hippocrati ejusque dis-
cipulis consentit, quod ad calorem anor-
malem tanquam febris essentiam.

Id fatetur dicens: «Essentia, quidem
februm est in genere caloris praeter
naturam. (Galeno. de febribus lib. 1. cap. 10.)

Sed longius progreditur, duas alios ca-
racteres essentialis ille attribuens,
primordialem scilicet caloris in corde
evolutionem, et generalem functio-
num perturbationem. Hicce consenti-
ens: «Febris, aut, est immodicè auctus calor,
ut et hominem laedat, accensus in cor-
de et procedens ab eo in totum cor-
pus» - Prout calor anormalis in spi-

ditibus, in solida cordis parte, quae
Humoribus ponebatur, ita febris ephē-
merae, hēcticae et putridae oriebantur.
«Ea putrida putrida, (aut Galenus,
liber 2^{us} de febribus Cap. 2^{us}), quotidiana;
«ea utraque bile, flava quidem terciaria,
«atra autem, quartana efficitur.» Febres
continentes à bile originem ducunt, et
variā habent divisionem.

His notionibus in systemate compo-
sitis pyretologiam diū innixa fuit.
Per medium aevum ad saeculi deci-
mi octavi initium plus minusve
doctrina Galeni in scientia praevaluit.

Tunc ea aëris pyretologiae pulcher-
rimis unum habet initium. Van-
helmont in humorum putredine fe-
bris essentiam ponere abnuvit, eamque
nihil aliud, quam archei iracundi-
am ad substantiam alienam et acono-
miae nocuam expellendam esse susti-
net.

Willis veteres humoristarum opiniones
aspernit, et ad illam vergit, quae san-
guinem ex immo die calore fervens, fe-

breque progignere censet. Sal, spiritus, sulfur, aqua, terraeque principia erant sanguinem componentia. Eo, horum elementorum ebullitione plurimae febres originem ducunt.

Principium est intelligens, partes impuras sanguinique noxias expellere contendens: ea, qua talia efficiuntur, operatio febris nominatur. Ita sentit Sydenham.

Hoffmann causam motus febrilis proximam ab affectione spasmodica nervosi, vascularisque systematum ducit à peripheria in centrum primum procedente, et liquida deinde ea centro ad peripheriam expellente.

Major sanguinis densitas, aut sua sponte aut aliis ea causis orta, hujusce liquidi in vasis stagnationem efficiens, sanguinem in corde contentum auget. Hoc organum contra agens, contractiones suas multiplicabat, febremque adferbat, quae ea nimis etiam cerebralis et nervosi fluidorum in musculos influere veniebat. Ita opinatur

tur Boerhaave, in Aphorismo quingentesimo septuagesimo quarto dicens: " Ergo
" velocior reciprocus influxus liquidis cere-
" bellis et nervosi, in musculos, et san-
" guinis in vasa, et cava cordis."

Cullen spasmodum extremitatum vasorum
causam proximam febriumque essentiam
putat.

Juxta Broussais sententiam, febris ori-
tur semper ea primitiva aut sympto-
matica cordis irritatione, propter
quam hocce organum suas functio-
nes accelerat. Febris causa ea irrita-
tione satis intensa, aut ea inflamma-
tione stomachi vulgo incita originem
ducit. In prostrata parte falsam
Beddois, Edouardique Symples sententi-
am sequebatur Broussais.

Neque anormalis corporis Humani
calor, ut credebant veteres, nec pul-
sus velocitas, ut existimabat Boerha-
ave, dicens: " Quidquid de febre novit
" medicus, id vero omni velocitate pulsuum
" sola cognoscitur", sola pro se fe-
brem caracterem constituent. Haec

duo unà a sepe aliquandiu, et frigoris
sensum antecedere debet. "Tria illa,
"Phaenomena, horripilatio, pulsus velis,
et calor, in omni febre, ab internis cau-
sis orta, semper adsunt." (Van Swieten).

Status morborum, nomine febris dicti,
Symptomata, ea immodica actione,
et altatione, aut hypersthenia elementi
vascularis orientia; et perturbationes fun-
ctionales producunt. Haec systematis
sanguinei exaltatio nunc sola exis-
tit, nunc eam antecedunt, aut combi-
tantur Phlegmasicae in quocunque orga-
nomiae organo laesiones. Inde fe-
bres in essentiales, seu idiopathicas, et
secundarias aut symptomáticas disper-
tuntur: qua de re non omnes pa-
thologicae Magistri ad unum con-
sentiant.

II

De febrium essentialium existentia.

Ab antiquissimis temporibus discrimen
inter febres essentialis, et sym-

symptomatas admixtum fuerat, quum Broussais contraria edocuit. Nullae febres sunt essentielles. Quoscunque febriles motus videmus, ea inflammatione, (quod et primitivum et caracteristicum phenomenon est habendum), oriuntur.

Hoc est fundamentum doctrinae, physiologicae vulgo dictae, à Broussais longe celebratae, et ab nonnullis auctoribus atque etiam nunc ab Schœnlein aliisque acriter propugnatae.

Nostra vero aetate Broussaisianae repugnantur doctrinae. Febres, quarum sedes in systemate datur, ubi praecipua symptomata videntur, et ideo in simplici systematis vasularis exaltatione, nequaquam ab affectione phlegmasica anteriori aut comitanti, qua replicari possit, pendente, positae febres in scientiae praesenti statu admittantur necesse est. In iis vero febres essentielles, seu idiopathicae, consistunt.

Nemini dubium est, quin in februm aetologia phlegmasiae, acutae praecipue, primas teneant: nihilominus

fatendum quoque hanc solum non esse
se causam. Etsi saepe cujusdam or-
gani inflammatio, systematis vascula-
ris reactioni, motusque febrilis mani-
festationi vulgò cessantis, quum phle-
gmasicus status cessat, originem prae-
bet; non semper res apparent, quae
ad principium à Broussais propo-
natum tantummodo admitterendum nos
permoveant.

Status febriles sunt, qui nequaquam
oriri possunt ex laesionibus phlegma-
sica localibus in alio systemate ab
eo, ubi phaenomena morbida dantur,
aut in systemate ipso, existentibus.

Laesio phlegmasica localis prorsus nul-
la, ejus simul cum symptomatibus
aut post ea evolutio, et nonnunquam
tam parva, ut ex ea alterationum
functionalium existentia explicari
nequeat, argumenta sunt, quibus cogi-
mur discrimen affirmare inter statum
febrilem, qui ita nobis apparet, et
illum, qui unius pluriusve organo-
rum inflammationem aut comitatur,

aut sequitur. Praeterea phenomena
 febrium primitivorum progressum ante
 aedentiam, incipiunt, et prodromos cons-
 tituunt. Transmissio per infectio-
 nem aut contagionem, et haematolo-
 gicae alterationes tandem febribus se-
 cundariis, seu symptomaticis, aperte
 refrugnant.

Fluidorum anatomia ad studendam
 pathologiam summarere profuit; et
 constitutionis anatomicae physiologi-
 caeque sanguinis cognitio discrimini
 duas inter classes febrium, de quibus
 in praesentia disserimus, fundamento
 est. Andral, Gararret, aliorum-
 que analyses per mille sanguinis
 partes haec sistunt.

		Dumas.	Breg. Rod.
Aqua	790	790	779
Fibrina	3	3	2,2
Albumen	68	70	69,4
Globuli rubri	127	127	141,1
Parti solida ma- teriae etc.	12	10	8,3
	<u>1000</u>	<u>1000</u>	<u>1000</u>

Ubi horum principiorum constituentium

quodcumque prae caeteris augetur aut mi-
nuitur phaenomena dantur patholo-
gica, quae varia sunt, prout in uno
alterove principio alteratio datur.

Fibrina, absolute aucta, quae ad
10,5 extolli potest, phaenomenum
constans phlegmasiarum est, quemadmo-
dum globulorum rubrorum diminutio.

Fibrina, in numero normali perma-
nens aut absolute ad 0,9 immixta,
febes primitivas, seu essentielles,
designat. Huiusmodi haec est, quam
iuxta accuratas Andral, Favardque
observationes statuere licet.

Recentiarum sententiae ad humo-
rismum rationalem vergunt, non phy-
sicarum humorum proprietatum al-
terationi, ut antiqui putabant, sed
elementorum anatomicorum eorum com-
ponentium modificationibus insidant.

"Je ne comprends pas (Andral dit)
" plus la possibilité de quelque notion
" précise, et véritablement utile sur les
" modifications du sang, sans l'inter-
" vention de l'analyse, que je ne com-

"ferendis la possibilité de reconnaître,
"sans les dissections, les modifications
"des organes."

Veruntamen, non ab alterationibus
Chematologicis tantum, veri inter
Febres symptomáticas, et idiopáticas dis-
criminis principia sunt petenda.

Inter pyreas, seu febres idiopáthi-
cas, saepe locales evolvuntur inflamma-
tiones, quas secundarias vocari licet, quod
Febribus primariam alterationem consti-
tuet, et morbum praecipue praese fe-
rat. Inter has inflammationes

secundarias discrimen datur, et primi-
tivas, quae febres symptomáticas ad-
ferunt. Praecipuum quidem discri-

men habemus obscuritatem phlegma-
siarum, in pyreas se involventium,
adeo, ut multiplices, et diversae
inflammationes saepe existant, igno-
rantibus ipsis aegrotis, quin ea sym-
ptomatibus inflammationis, sed tan-
tum ea effectibus morbidis medicis
innotescant. Quum vero ea intensi-
tate perveniunt, ut aegrotis et medico

appareant, tunc status morbidus localis supra modum processit; ad quod efficiendum necesse est, inflammatio adeo sit progressa, ut, reactione oeconomicae excitata, aegrotus localem laesionem sentiat, aut haec, per suppurationem finita, fusca in se patiatur.

Inflammationes primariae, febribus symptomaticis originem adferentes, prorsus aliter se habent. Localia symptomata aperte videntur, et functionum perturbationes laesiones locales eadem facileque sequuntur.

Haec symptomatum inflammationis obscuritas in febribus primariis, et eorum excitabilis facitque evolutio in secundariis nullo negotio intelligitur. Inter inflammationes primarias, pars morbo affecta in statu normali erat: tota, sensibilitate vique reactionis gaudet, quin morbi stimulo excitata, quae illius functionibus perturbatis, sensibilitate, sympathisque excitatis,

variae aegroti passiones superveniunt;
observanti vero mutationes exteriores
immediate videntur, morbi sedem
intensitatemque indicantes.

Contra eas, quum inflammationes
secundariae aliquando formantur,
jam universi tractus morbidum subi-
re statum, qui illorum propria-
tes quodammodo mutavit. Febris,
in primis, sententia convenit - mor-
bis totius substantiae. Vasis ca-
pillaris, quae inflammationem pati-
untur, morbus est communis. Ad ea,
quum ad statum inflammationis ve-
niunt, omnis phlegmasicus labor circum-
scribitur; non dolores, nullum ex aliis
symptomatibus inflammationem in-
dicantibus percipitur. Reliquae
partes non resistunt: et morbida sym-
pathia, quam phlegmasiae nascentes
passent cives, cum phoenomimis mis-
citur generalibus.

Præterea inflammationes secundariae
diffundi contendunt, multisque locis
apparere, quod in phlegmasiis primiti-

vis minime fit.

In febribus symptomaticis, quomodo motus febrilis in genere dignatur, perspicuum est. Capillarium sanguineorum irritatio ad totum apparatusum circulatorium perquam facile transmittitur. Quorum apparatusum intima connectio inflammationis cum febre connectionem satis replicat.

In febribus essentialibus, seu idiopathicis, quomodo res se habeat, valde obscurum. Physiologia pathologica febris densis mysterii tenebris adhuc magna parte obducitur.

In universo circulationis apparatusu varia dantur phaenomena, febrem distinguunt. Illius tamen immediata causa, non in Phlegmasia, nec non in organica parietum cordis vasorumque alteratione, existit. Nisi profecto intelligeres, quomodo febris ephemerae, aut febris intermittens simplex accessus, ea gravi organorum tanti momenti laesione penderet.

Ubinam febris primaria vera causa

sedesque? In systemate nervoso Al-
brecht Haier, Robert Reid, Dugis, Robert
Latour etc, eas frangere. In hoc sys-
temate causae febris primario vim
agunt. Quonam vero loco agunt prae-
cipue? Nunquid in magni sym-
pathici divisionibus? (Dugis). Nunquid
in systemate nervoso ganglionari?
(Robert Latour). Nunquid in ipso cere-
bro, ut Ferri, Gutterbuck etc, opinantur,
et quomodo indicare videntur, et
caput dolore, pondereque fere assidue
laborans, et exercitium cerebralium
functionum difficile? Febris morbus
est generalis, licet ejus praecipua
symptomata in apparatus circula-
torio locum habeant. Febris actus est
totius organismi; ad universa systema-
ta pertinet; ab omnibus simul impul-
sum fert. Perturbatio innervationis
tanquam primus annulus catenaev
etorum phaenomenorum febrem consti-
tuentium, admittenda est. Quae pertur-
batio systematis nervosi activitatem
praeter motum excitat, et ideo in sys-

temata agit, quaecunque intimè con-
nectuntur; quorum in numero syste-
ma vasculare sanguineum primas te-
neat. Causas debilitantes agnoscimus
nonnunquam, quae in systema nervo-
sum vim agendo illius excitabilita-
tem augent. Haec nota multum in-
terest ad therapeuticam. Non satis
rectè dicit Galenus: "febris, ut febris, cu-
ratio est humectare et refrigerare."

Ne existimas tamen, causas debilitan-
tes solas posse pyurias progignere.
Causae excitantes in systema ner-
vosum agere possunt, et illius fun-
ctiones directe excitare. Jure ac me-
rito Hildebrandus inquit: "Halluci-
nantur illi, qui disponens ad omnes
operebros momentum quaerunt in debili-
tate."

Sanguis, quippe qui organa circula-
tionis directè stimulat, primas par-
tes in theoria pyretologica habeat,
necesse est. Quum moleculas noxias,
phaenomenaque morbida provocantes,
recipiat, haud difficili intelligitur,

illum vascularem excitationem imme-
diatè efficere. Quanam vero alteratio-
nibus proprietatibus sanguinem in-
ducit? Estne haec constans et eadem
semper? Ad nostram aetatem nihil
aliud, quam conjici et suspici, po-
test. Duplex ergo febrium classis
est, quae sententia jam Galeni
aetate admittebatur. Distinguere au-
tem oportet in singulis aegrotantibus;
primum quidem, si sine loci affectu
sit febris, vel ex humorum putritu-
dine, velque solus spiritus sit altera-
tus; deinde si membrum affectum,
febris sit causa, et quanam si eius
affectio. (Galeno Cap. 3^{us} lib. 2^{us})

His duobus classibus symptomati-
ca et idiopathica nomen est. In
priori motus febrilis ex laesionibus
phlegmaticis localibus oritur; quod
symptomata inter vitam, et laesiones
post mortem, apertum faciunt.

In posteriori vero motus febrilis non
directò cuius morbo subjicitur, sed
sejunctus ipse pro se existit. Varias

tempora percurrit, et signa ac sympto-
mata sibi peculiariter ostendit. Ita
februm essentialitatem concipimus,
non ut credebant veteres, existiman-
tes eas ab proprietatum vitalium
inmutatione pendere. Laesio localis
esse quidem potest, quae tamen tam
ex parva intensitate, quam ex evolu-
tionis ordine etiologica motus febri-
lis est connexa, immo ex ea oriri
credi potest.

III

De febre puerperali

Doctrina praecleari Broussais, in
Scientiis medicis principatum obti-
nens, et universis affectionibus locum
adscribere studens, effecit, ut saepe
pro causa, effectus sumeretur, et
pro morbo, quod eius tantum effe-
ctus erat haberetur. Febris puer-
peralis (Childbed fever, puerperal fever,
Anglis, - Kindbed fievers, Germanis, -
febris pyrogenica puerperarum, Voille

mius prae se fortunam subit. Ab an-
tiquis temporibus tanquam ens pa-
thologicum admissa, serius deleta fuit
ea, nosographia, et pro illas posita,
metro-furionites, et Phlebites uterinae
puerperis implicitae. Nunc tamen
febris puerperalis locum sibi debitum
cursum obtinuit, et tanquam status
pathologicus, alius à metro-furionite
et Phlebite uterina, habitus fuit.

Hoc est responsum, quod redde-
dendum putamus priori dissertatio-
nis nostrae parti, et demonstrare
jam pergitur.

„Febris puerperalis morbus est gene-
ralis, acutus, febrilis, puerperas foe-
minas invadens, laesiones anatomicas
varias, et nonnunquam nullas, efficiens.

Salem illius morbi definitionem
praebet Valeria, cuius sententiam pro-
bamus.

Laesiones anatomicae, febrem puer-
peralem comitantes, variae sunt, prout
sunt variae, quas ipsa suscipit, formae.

Stoll jam dicebat: „Hinc patet, ma-

de semper uteri, ejus appendicem in
"testinorum, mesenterii, omenti, feri-
"toni inflammationem statui pro hu-
"jus febris causa." Nonnullae tamen
constantes passunt habere, ut haema-
tologicae alterationes, et fuis variis
locis oeconomicae apparent, quum morb-
bus aliquo tempore fuit.

Fluiditas sanguinis et coagulorum
defectus saepe accidunt, etiam quum
sanguis e vena vel inter vitam, vel
post mortem, retrahitur. Reductio
elementi fibrinosi ad numerum $\frac{1}{1000}$
aut $\frac{2}{1000}$ a Boetius observata fuit.
Coagulus sanguineus mollior est, et
facile dirumpitur. Nonnunquam fi-
brina, in eunte morbo, augetur, ut Bo-
tael in pestilentibus Rhedannensi-
bus anno millesimo octingentesimo qua-
dragesimo secundo, et millesimo octui-
gentesimo quadragesimo quatto, obser-
navit. Id nobis non erit san-
guinum, si animadvertamus, fibri-
nam in postremis graviditatis
mensibus vulgò auferi, et ad numerum

L, S, ut plurimum, extolli. (Bequeret, Rodier et Andral), - et pestilentiam, Boetel observatam caracterem Graecipuum prae de tubisse vasorum lymphaticorum uteri inflammationem.

Quando eunque inflammatio supervenerit, incrementum fibinae constanter apparebit.

Boechut alterationem sanguinis refert, quam à quacunque alia laesione se junctam observavit, globulorum globulis rubris majorum existentiam, incolorum, inter se conjunctorum, quos fuis globulas reputavit. Stare re vera sunt? Admittine licet spontanea fuis formatio? Probatis sentiam ducimus sententiam apponere reti, et Vallia, globulas scilicet fuis rulentas, de quibus Boechut dicit, globulos rubros immutatos esse.

Uteri mollities saepissimè observatur. Illius superficies interna obducta videtur reliquis, varia densitate, colore secum vini seu nigro, facile sequegantibus, et peculiarem odorem spi-

antibus. Frequenter mollities dantur
in aliis oeconomiae organis, ut in
pulmonibus, liene, hepate, renibus etc.
Hae sunt, ad pauca re contracta,
mutationes observatae, quum morbus
cito progreditur. Pus, aliunde inflam-
mationis signum quodcumque, nullo
oeconomiae loco unquam invenitur.
tantum obscura, sine leviter sangui-
na serositas in cavum peritonei in-
fusa videtur, nullo inflammationis
signo discreti. Illud liquidum in
aliis etiam serosis invenitur.

Per varias oeconomiae partes pus
tantum apparet, quum morbus longo
tempore producitur. Peritonei et pleu-
rae Cavum, musculi, articulationes,
vasa uteri venosa ac lymphatica,
ipsa uteri structura, transva, ovariae,
haec sunt multiplices effusi puris
sedes, e variis Phlegmasiis ortis, quae
inter morbum evolvuntur in illis lo-
cis, et suppurantione firmitur.

Ex localibus affectionibus perito-
nitio frequentissima. (Gardien, Jase etc.)

Generalis, aut ad peritonium, uterum
minoris que febris organa obtegentem,
circumscripta, plerumque comitem ha-
bet uteri inflammationem; quod me-
tro-peritonitum constituit. Signa in-
flammationis peritonici si simplici e-
jus organi injectione sanguinea proten-
duntur usque ad novarum membrana-
rum formationem, et puris effusionem.

Bidault, Arnoutque ovaria reperere,
volumine aucto, mollita, fure que in-
jecta. Signa microscopica inflamma-
tionis, aut totam uteri tracturam
afficere, aut ad nonnulla tantum
ejus elementis anatomicis circumscri-
bi possunt. Venae atque lymphati-
ca vasa, caetera aliquin uteri tractu-
ra illaesa, saepe inflammatione la-
borant. Cruveilhier refert, se nonnum-
quam febrem puerperalem reperisse,
lymphatica tantum adficiendum. Bo-
tell animadvertit, inter pestilentiam
Rhedonnensem anno millesimo octui-
gentesimo quadragesimo quarto, illam
affectionem saepissime optituisse.

quem inter pestilentiam, quae valetudina-
dinaria haeredita Parisiorum anno mil-
lesimo octingentesimo trigesimo octavo
reaverat, longè aliter se res habuis-
set. Lymphatica vasa inflammatio-
ne laborantia, et ad suppuracionem
perducta, nimium volumina, et dilata-
tiones tota sua longitudine praese-
ferunt. Latera uteri, collum, liga-
mentorum laterum superficies, atque
ovaria, loca sunt saepius adfecta.
Quod tamen nonnunquam ad gan-
glia cysternaque sequit circumstan-
tia protrahitur. Velpeau, et Ronat etc,
se plus in canali thoracico reperisse
adfirmant. Inflammatio saepe ad
venas uterinas circumscribitur, ut et
Dance, Duplay animadvertere; et cada-
verum observatio confirmavit.

Has praeter eas mutationes aliae
sunt accessoriae variae aetatis loca
obsidentes. frequentissime dan-
tur puris in eorum pleurarum, et in
synoviales articulationum, effusiones.
abscessus in immo musculorum, coram-

que cellulosis involucris, saepius parvis
et multiplices, nonnunquam diversi,
et Membris articulationibusque praesertim
incidentes. Pneumoniae lobula-
res, abscessus pulmonis, hepatitis, lienis,
renum, et puris in fram matrem et
in substantiam etiam cerebralem
introducitur, perquam rara sunt
Phaenomena in illa, de qua agimus,
affectione observata. Haec puris
Congregationes non veniunt a puris
absorptione in uteri superficie,
quod deinde directo in loca descen-
dunt, ubi abscessus apparent, quin
in antecessum processus inflamma-
tionis praecedent, et in Membrana
pyogonica formantur. Congrega-
tiones puris profecto oriuntur ex
generali economicae Status, exque cau-
sis generalibus, inflammationem sup-
purativam in his variis locis adfe-
rentibus, quemadmodum in uteri tea-
tura, adferre possunt. Haec generales
Causae ex peculiari Statu habituum
veniunt, quem in hoc morbo admitta-

mus, necesse est, et de quo frustra dis-
seremus.

Ut hujusce, de febris puerperalis ca-
pitis magni finem faciamus, dicendum
superest, quandoque mutationem ana-
tomicam, vel nullam, vel minimam,
in parte aëconomiae solida reperiri
non posse quemadmodum Landou-
zey observavit.

Canalis intestinalis, materiaeque
in ipso contentae, laborant non-
nunquam.

Anatomicam pathologicam sequen-
tes asperere non licet metro-furito-
ritem, aut phlebitem uterinam cons-
tantes febris puerperalis status esse.

Hadavicum observatio de phlegmasia-
rum inter vitam existentia nihil
nos edocet. Utteri molliores ipsae
pro se non inflammationem indicat,
nisi puris congregationes simul adsint.
Inflammatio ante suppurationis
tempus durum, non molle, organum
efficit.

Hæmatologicae mutationes, organi

nutritionem adficiendo, possunt effici-
cere, ut ipsum talis subeat muta-
tionis, ex quibus molle reddatur.

Hoc in puerperali febre saepe eue-
nit.

Ex his, quae hactenus disserimus, ta-
les leges erui et statui possunt.

1^a " Peritonii, uteri, quoque venosorum
" vasorum inflammatio, non febris pu-
" erperalis laesio constans est. Illam,
" si adsit, comitantur vulgò puris con-
" gregationes in aliis oeconomicae locis,
" qui etiam soli pro se existere pos-
" sunt."

2^a " Varias laesiones unâ cum febre
" puerperali veniunt, quarum frequen-
" tissimae sanguinis fluiditas organo-
" rumque mollities."

3^a " Nonnunquam laesionum defe-
" ctus, in parte oeconomicae solida,
" observatur."

4^a " Non semper ex statu phlegma-
" tico varia organa mollia fiunt."

Hujusce morbi symptomata varia,
quantum, quas inducit, formae
variae sunt.

Morbus serpe ad partum adgredi-
tur. Cum pestilentiae gravia si-
gna praese ferunt, non raro, post
fili post placenta egressum, non-
nunquam vero etiam inter partum,
morbus invadit; quorum in postremo
tempore non prodromi apparent, hunc
morbum vulgo praecedentes, scilicet
cephalalgia, debilitas, et generalis
quam definire nequeas, molestia.

Primum omnium, frigoris sensus
subit, singularis, generalis, aut par-
tialis; ita tamen acris, ut, quaecum-
que ad eum debellandum adhibean-
tur remedia vincat. A decimo mo-
mentis ad tres horas vario perstat;
nonnunquam periodicus factus non-
nulli scriptores perspexit, ut febrem
puerperalem intermittentem esse cre-
derent. Illud discrimen hunc fri-
goris sensum ab eo, quo puerperae
geminae vulgo invaduntur, separat;

quod illum saepe antecedit, semper
verò comitetur virium demissio, an-
xietas, et maestitia ingens. Vul-
tus turbatur. Oculorum acies et
decor hebetatur. Pulsus contrahitur,
parvus et ita celer, fit, ut 120 ad
140 ictus singulis ferat momentis.

Inter rapidum morbi progressum aegri
difficile calefiunt: facili verò si
morbus sit benignus. Pulsus in
mirum modum velox evadit, quum
morbus ad mortem properatur. In
libera haetaque reactione mirus ce-
ler, plenus, et validus pulsus sen-
titur.

Inter frigus, immediati frostae, et
inter reactionem saepissime, dolor
acer et superficialis in abdomine sen-
tiri incipit, quem alius non acu-
tus, profundus, subque pressione
maximè sensibilis, praecedit, et ab
regione hypogastrica initium habens,
umbilicalem invadit, et deinde to-
tum obvolvitur abdomen. Acer et
acutus primum, mox sensim remissior

fit, non modo, quum morbus ad
rapidum finem progreditur; sed
etiam, quum crescit, et morte minuitur:
qui dolor tamen non apparet,
quum morbus ita festinat, ut in-
ter paucas horas mors succedat.

Abdomen flatibus intestinalibus
distentum plerumque apparet; quod
tamen raro, ineunte fit morbo. Hic
meteorismus facile evolvitur, et
valde extenditur, quum tempus col-
lapsus subito venit; augetur, prout
dolores abdominis minuantur, sym-
ptomatibus ingravantibus, et abun-
dantibus alvi dejectionibus apparen-
tibus. Sonus clarus, quem abdo-

men, ubique percussum, edit,
praeterquam in regione ab utero
occupata, flatus, non liquida, in
cavo abdominis existere significat.

Nauseae biliosaeque vomitus assi-
dus dantur morbi initio, et saepe
usque ad illius decessum.

Anorexia, sitis, lingua nunc humi-
da, nunc lutea, nunc sicca et nigra.

Ventris constrictio, aut solutio, seu
haec duo alternè. Constrictio, ut pluri-
mum dedit, quum morbus benignè progre-
ditur. Solutio autem in secundo ter-
tioque die subsequitur, quum morbi
finem mors facit. Expulsa sunt
pestilentiæ, in quibus involuntariae
dejectiones, et universa prostrationis
symptomata, jam inde à morbi mi-
tio, manifestantur: dolores verò jam
antea existentes, subito deinde dece-
dentes, uteri contractiones peculiare
colicas indicant, partum subsequen-
tes, non symptomata gerentes patho-
logici, qui apparuerat, status.

Lochiorum suppressio rarissimè, tan-
tum immunitio inter frigoris tem-
pus observatur. Ubi primum reactio
superuenit, lochia ordine effluunt,
augentur, aut purulentam speciem
induunt, et odorem feterrimum edunt.
Immunitio aut suppressio lacteae
secretionis constantè observatur.

Respiratio immunitur, et cara-
ctum costalem sumit; dolores abdomi-

males, aut nimia abdominis distensio,
motibus diaphragmatis officiant, ne-
cesse est. Gutis, primum sicca et
calida, nunc sudore, caracteribus Phy-
siologicis insignite obducitur; nunc,
quum morbus morte finitur, sudore
viscoso frigidoque obtegitur.
Cephalalgia, delirium aut stupor,
viriium demissio et defectus, non
raro apparent; immo postrema sem-
per dantur, plus tamen minime,
aperta, prout variam formam mor-
bus induit.

Symptomatum, quae hactenus
descripsimus, apparet duas fere
clases constitui; quarum una
statum reactionis liberae insignit,
et formam morbi inflammatori-
am constituit. alteram insignia
reduunt symptomata, statum ty-
phoidem vulgo prosequentia

Inflammatoria et typhoides for-
mae ad febrem puerperalem praeci-
pue pertinent. typhoidem inflam-
matoria forma plerumque antecedit.

haec, vero sola venit nonnunquam
quae de re omnes ad unum aucto-
res consentiunt.

Tertiam plurimi scriptores for-
mam admittunt, quam Dubois
credit, etiam, ab inflammatoria
ad typhoidem formam quasi tran-
situm sistere; hanc designant phae-
nomena supra relata, et statum
biliosum indicant; unde illi bi-
liosa nomen inditur.

Obectores, hanc sententiam im-
pugnantes, affirmant, phaenomena
biliosa, morbum potius comitari,
quam illi novam formam
deferre.

Haec sententia morbi progressus
magis iudicio nostro convenit.
At utrius inflammationes easdem
formas sumere possunt. Quomodo
igitur à febre puerperali eas discern-
amus? In forma inflammatoria,
febris puerperali symptomata videntur,
nimis statu phlegmasico, quam
metro-peritonite, convenientias pulsus

nequaquam sic plenus ostenditur.
Facies frons immutata. abdo-
minis dolores minus late patent,
defectus virium promptior est.
Forma typhoidis, existens sola,
cum metro-peritonite misceri ne-
quit: in hac enim formam, in-
flammatoriam videas semper.

Quas Dugès et Leache, ut ait Almon-
neret, adfert, tanquam febris pu-
erperalis forma typhoidea insigni-
tae exempla, metro-peritonitis ne-
quaquam exempla sunt.

Inter febrem puerperalem, for-
ma typhoidis ab initio dari po-
test, quin symptomata inter vi-
tam observata, aut laesiones in ea
daueras repertae, status uteri vel
peritoniei phlegmasicos observati
exhibeant. In metro-peritonite,
ut asserit Astruc, motum febrilem
dolor antecedit semper. Febris por-
o tempore perstat, et status
morbi prodrromi nulli. In febre
puerperali res contra se habent.

A Phlebite uterina eodem discernitur modo. Nobis tantum monendum, tunc purulentam infectionem celivorem, atque symptomata, eam indicantia aperta esse.

Rem si ad pauca contrahamus, tales leges statuere possumus.

1^a " Febris purpurali vixit formae praecipuae, inflammatoriae scilicet et typhoidis, inesse possunt."

2^a " Hae formas plerumque, existunt. Typhoidem vero inflammatoria antecedit.

3^a " Forma typhoidis simplex et sola absque inflammationis in utero peritoneo, que signis nonnunquam reperitur."

4^a " Prodromos esse, quem morbus non rapido invadit, constantes observatur: dolor igitur non primus apparet."

5^a " clivato peritonitis aut Phlebitis uterinae formam typhoidem nunquam induit, quoniam inflammatoria praecedat."

6^a " clivato peritonitis et Phlebitis uterinae symptomata, intensiorem, quam

"Febris puerperalis symptomata, Phle-
"gmasicum characterem suae se ferunt.
"Ante symptomata generalia dolor
"sentitur semper."

7^o "Symptomata generalia, febris
"puerperalis comites, nimium rapide
"procedunt. egypta illorum simi-
"litude observatur, licet alius festi-
"lentarius character, aliae insigni-
"antes laesiones sunt."

De febris puerperalis aetologia,
alia nobis dicendum. Atmosphe-
ram saepissime febrem puerperalem
adferre, indubium est, ut Doulet,
Chaussier alique adfirmant, quorum
iuxta sententiam, in regionibus fri-
gidis humidisque, atque inter hyemem,
febris puerperalis saepius aggradi-
tur. Not, Witt hanc opinionem
quodammodo impugnant, non frigore
humorine constantem febrem puerpera-
lem progignere, sed varium statum
atmosphaerae, et in primis puerpe-
rae frigori post partum appositi-

onem. Trimiiparae hunc morbum
faciliter contrahunt, pariter ac illae,
quae haud salubribus locis vitam
agunt, quarumque vires causis de-
primentibus, physicis vel moralibus,
quibuscumque sunt debilitatae.

«Les affections ~~Morales~~ exercent aussi,
» ait Th. Welm, une influence fort nu-
»isible sur les couches. Plus elles ont
» jeté de profondes racines déjà avant
» l'accouchement, plus leur action est
» nuisible.....

Parturitionis labor diu protractus,
obstetriciae operationes quandoque ne-
cessariae, totidem sunt causae ad
morbum, de quo disserimus, predis-
ponentes: - quare id fiat nec diffi-
cile erit inuenta; - si tamen cae-
tera se recte haberint illa operati-
ones metropéritonitem simplicem, et
apertam, (Metritem scilicet puerpe-
ralem idiopathicam, ut eam no-
mine dicit Voillinier,) tantum ad-
ferrent, non vero affectionem, quae,
ut puerperalis febris, characteris

singulares praese ferat. Praeci-
pua hujus febris causa pestilen-
tiae vis habenda est. Pestilentia
Morbus est, qui certis locis et tem-
poribus majorem minoremve mul-
titudinem simul invadit. Pestilen-
tiarum multae sunt causae. Tem-
pora, aëris vis, et subita maxime
temperiei mutatio, magnae atmosphe-
rae terraeque commotiones, ut procel-
lae tonitribus gravae, vulcanorum
eruptiones, locorum expositio et si-
tus, ciborum vitium, fatigatio ni-
mia, pestilentis praecipuam cau-
sam praestant. Aliae sunt pro-
priae et directae, ratione adhuc
ignota agentes, quarumque naturam
non cognoscitur. Jam pridem Hippo-
crates hanc rem ignorare fate-
batur, et pestilentis nonnihil di-
vinae originis tribuebat.

Febris puerperalis certis temporibus
apparet, et majorem minoremve
multitudinem simul aggreditur.
Illius causae sunt: subita temperiei

Mutatio aërisque vis. Nonnulli
Causae singulari febrem puerpera-
lem non immerito tribuunt. "C"
"est cette influence, ait Lonnelli, qui
"imprime à la maladie puerperale,
"épidémique une Physionomie propre,
"en modifie les caractères anatomiques,
"en fait varier la thérapeutique....

Pestilentiae igitur morus illa
procedit; quod causa est, cur foe-
minas etiam invadat, salubribus
Conditionibus vitam degentes. Quod
facile intelligas, si modo animaver-
tas, unam esse ejus causam in coeli mu-
tationes, cui omnes subjacemus, fieri
Nuntiamen, haud salubribus condi-
tionibus degentes, morbus praesertim
invadit, invadatque, necesse est.

Nonnulli, morbum contactu puta-
re transfundi. Satis tamen haud
sufficient exemplorum, quae hujus-
modi sententiam demonstrant.

Si, quae haecenus scripsimus, ad
summa capita contrahemus, talia
principia educemus.

1^a " Febri feversali multas cau-
"sas praedisponentes adesse, quarum
"unam peritonei uterique inflam-
"mationem."

2^a " Hanc causam adesse nec ne
"prodest."

3^a " Causam occasionalem proximam
"atque constantem febris influxum
"habendam."

IV

Conclusio. -

Varis partibus, sub quibus febris
feversalis spectari posset, ad exa-
men singulatim evocatis; eaque
cum statu febrili, prospecto et
inflammationibus utero ac perito-
neo primitus insidentibus, collata;
nobis, omnes, quas hactenus colle-
gimus, notiones contrahentibus, con-
clusio efferenda, quam ratiocinatio
demonstrat, facta conformet.

Analysim synthesi subsequatur o-
portet.

Anatomia pathologica monet profer

etc. signa metro-peritonitis et phle-
bitis uterinae, quamvis febrem puer-
peralem saepissime comitantia,
non solas laesiones esse, quae re-
periuntur; immo nonnunquam mi-
nime dari. Saepè laesiones nullae
sunt. Aliquando extensionem et
generalitatem, phlegmasiis locali-
bus haud convenientem, praeser-
verunt. Sanguis praecipue et
saepè praeterea. Utriusque liquidi af-
fectiones variae sunt, et illis
etiam aduersantur, quibus phle-
gmasiae primariae insigniuntur.

Symptomatologia ostendit,
quamvis haec locales laesiones eae-
dem non sint, morbum tamen cha-
racterem peculiarem semper induere;
praecipue vero paruum venarum
pulsum, virium defectum, aut ad-
id propeusionem; et praeterea sym-
ptomata generalia, celeberrimè mor-
bi ad finem progressum proten-
dentia, qui inflammationis localis
et aperta symptomatibus aut pro-

gressui Minime consentiat. Ostem-
dit etiam experientia, morbum
sive symptomatibus inflammatio-
nis nonnunquam dari, licet fere
saepè in multis organismi locis,
in articulationibus maxime, repe-
riatur. Quod aperit, ha-
rum phlegmasiarum localium,
si sint, obscura esse symptomata,
et progressum, existentiam verò et
aegrotantem et medicum ipsum fal-
lere.

Œtiologia, aperit, causas, quibus
uteri peritonaeique inflammatio-
nes progignuntur, satis virium hanc
inesse, ad morbum excitandum om-
nibus, quaecunque febrem puerpera-
lem comitantur, signis stipatum.

Quaeramus igitur oportet pestilen-
tem quandam vim, generalesque cau-
sas, quae in organismum agendo
adeo aspererint, ut illius vitales
proprietas penitus immutarentur.

Illa consequentia ex dictis certe
inferenda: motum febrilem, febrem

puerperalem insigniorem, non ea phlegmasiis localibus in utero, Peritonaeo, quove alio oeconomicae loco insidentibus, originem trahere: aut, (ut aliis verbis eandem sententiam proferam), febrem puerperalem essentialem aut idiopathicam esse, non phlegmasiarum primitivarum symptoma. Inflammationes locales, febrem puerperalem nonnunquam uterum vero peritonaeumque saepius secundariae sunt, et febrem puerperalem essentialem esse apertissime demonstrant. Multiplices locales phlegmasicae, et quoad symptomata obscurae, propter reactionis a natura phlegmasico locali statu oppositae defectum, satis vim habent, ut credamus, has phlegmasias secundarias esse, ad illarumque genus pertinentes, quae febres essentielles vulgo comitantur.

Febri puerperali minime pyrogenica, iuxta Voillemier et Bochet sententiam, dicenda est.

Fus non sponte in sanguine confici-
tur. De Graen putabat, fus in san-
guine circulante fortassis effici, pro-
pter morbum generalem; et in par-
tes minus resistentes effundi: atque
ita à sententia Guesnay abhorrebat,
opinantibus fus tantum in vasis
ad partem morbo laborantem per-
tinentibus, colligi. Tessier ad opi-
nionem vergitur, sustentem fus-
is in sanguine spontaneam for-
mationem; ad eamque fusulen-
tam admittit diathesim, quam de-
finit: - Mutationem organismi, quam
propensio ad fus in solidis et li-
quidis economiae, coagulabilibus spon-
te formandum insignit.

Quaenam hujusce mutationis natu-
ra? Quaenam principia, sangui-
nem constituentia, in fus convertun-
tur? Haecce tacet, immo ignorare
patetur, Tessier.

Ex scientia gestis exempla non li-
cet, quibus doctrina spontaneae py-
rogenae imitatur. Quae Duplay, Vol.

puer, Bochart exempla adtulit, non satis liquent. Alquis sustinet ea existere posse, non tamen ullum se expertum affirmat. Secundum illius microscopicas observationes, globuli puris aliud non sunt, quam sanguinis globuli agglomerati. Pus e secretionem fit. liquor sanguinis illius est cytablastemis: organum secretorium membrana pyrogenica, quo nomine eam dicebat Delphsch, aut nova glandula ut Hunter appellabat. Pus, fluidum organicum, globulos cellulasque continens, nihil aliud est quam organisatione productum, operationis vitalis, veraeque secretionis, effectus esse potest.

Haec ratio, putamus, pus efficitur. Haec doctrina, quae a Simpson de Saint-Andreas, a epyorgano, et ab Huntero repetitur, plerisque Pathologiae scriptoribus recentioribus probatur.

Ex his, quaecumque in priori hujusce dissertationis parte disserimus, concludendum superest, febrim puer-

perali alias a metro peritonite et
phlebite uterina caracteres inesse, non
solum propter anatomicas laesio-
nes, sed propter symptomato-
logiam ac etiologiam quoque.


Idcirco inter metro-peritonitem
phlebitem uterinam, se benigne puer-
peralem rerum datur discrimen —



Farsaltera



facit alia a nobis fundamta et
phibita utrumque caracteris esse. un-
ductum propter anatomicas levia
no. sed propter symptomate
quam de ita loquamur quae
Mancas inter nobis fundamta
phibitam utrimque, febremque pro
per alia utrumque dicitur dicitur.



Il faut, après avoir épuisé dans les sources médicales un moyen capable de dompter cette influence pernicieuse, que les anciens, dans leur langage métaphorique, appelaient le Génie de l'épilepsie, appliquer à chacune des formes de la maladie le remède qui doit les combattre.

(Boerhaave).

Quae rationalis huius febris
curatio?



I

De methodis therapeuticis in genere.

Pars Medicinae, de morborum cura-
tione agens, eosque sanare contendens,
Therapeutica, aut Therapia, dicitur.
Verba curatio et sanatio non
idem sonant. Morbum curare
proteris, quin ad sanitatem, quo san-
dem spectat therapeuticis, perducas.
Quum tales igitur obtinere ne-
quit, aegrotantis dolores imminue-
re curat Medicus, et aliquando
praevenire à morbis, hominibus fo-
pulisque imminentibus, studet.
His fundamentis innititur curati-
onum distinctio in curativas, tem-
porarias, prophylaticas.

Harum prior, de qua Therapia
maximè agit, methodis constat, in-
dicationibus innititur, varia media
adhibet, plerumque praecepta proces-
susque amplectitur, ad statum sa-
num oeconomicam perducere contem-
dentes. Altera, iisdem innixa fun-
damentis, iisdem rationibus utens, ae-
groti vitam producere, doloresque
imminuere tantummodo studet, quum

omnino sanari non oportet, aut non
possit. Tertia necessario est ad-
hibenda: primò, quum dispositio
morbida ingruita aut accita existat,
quae gravem speciem subito praes-
se posse potest: - secundò, quum ae-
grotus plus minusve saepe in
morbum recidere potest: - tertiò,
quum pestis cujusdam vim, aut
morbi pestilentis propinquitate,
medicus timet: quia in re, hygieni-
ca publica privataque medicinae
prius ad curandum adhibet.

Methodus rationem significat, per
quam quodvis adsequeris. Methodus
therapeutica igitur vera est, quam
sequi oportet, ratio in genere, quae
medias medicas adhibendas sunt, ut
aegroti ad sanitatem perducantur.

Quodsi plurimae Methodis ad
eundem possunt finem perducere,
non omnes tamen pari certitudine
aut celeritate id praestant. Obli-
gat igitur Medicus, necesse est.

Methodus expectans vel activa, me-

Methodus perurbatrica, rationalis et
empirica, in Therapia primas ha-
bent. Expectatio, unum ex iis,
quae Hippocrates celebravit, dogma-
tibus, à Gedeon Harvey, Stahl, aliis
omnino methodis rejectis, adhibita
fuit.

Hujusmodi methodis summo per se pro-
dest, quum morbus, ipse levis, nul-
lum essentielle organum laedit; quum
ejus progressus, notus, et regularis est,
et natura ipsa, actioni morbifico-
rum agentium resistendo, ad morbum
sanandum sufficit. Expectatio vero
sane non in mera inertia
prohibetur. Medico perpetuo est in-
vigilandum, ne morbi à naturali
progressu discedant. Principium
intelligens Stahli, Scaligerique, ad-
mittere nequit.

Expectatio per se ipsam
non totam curandi artem constituit.

Si eam, sub nomine empiricae Hip-
pocraticae, aut naturalis, universalem,
reddere contendas, scientiarum pro-

gressum negligas, et medicinae in-
genium pro lecto Proculi succidas.
In medicina perurbativa eo spectat,
ut oeconomicas mutationes subi-
tas et indefinitas imprimat, et mor-
bi vulgarem progressum sustinet, ac-
celerat, aut mutat. Huiusmodi
Methodus propter mala, eam sub-
sequentia, raro adhibetur. Natu-
rae processus nunquam perurban-
dus, sed regendus, et levandus tan-
tum.

Physiologismus et nosologismus ad
duplicem methodum therapeuticam,
rationalismum scilicet et empiric-
ismum, artis magistros perducunt.

Si nosologismi defensores morbum
naturalem entitatem, ab organis-
mo separatum, et in eo appa-
rentem, ducunt; physiologismi pro-
pugnatores accidens tantum et
simplicem a Physiologico statu
aberrationem morbum reputant. Cau-
sa pathogenica tantum in poste-
riore orbe necessario existit. Cau-

saerum series ab influen nimio, de-
bili, aut anormali externorum mo-
dificantium tantum constituitur.

Effortus functionum tantum in-
versio est, quas ad statum norma-
lem reducere therapia studet.

Illius fundamenta functionum,
easque modificantium causarum
notitia. Ius solus duo, ratio-
cinatio. In iis therapeuticus ra-
tionalismus promittitur.

Quod si factis et analogia, prae-
ter supra relata fundamenta, ra-
ticipinatio iuvittitur, methodus tunc
erit therapeutica, quae statum
morbidum, quodammodo referre ad
agentis pharmacologici, illi resistenti-
tis, actionem contendens, rationalis,
dogmaticus, aut generalis nominan-
tur. Rationi, observationi, ac ex-
perientias tanquam fundamentis
haec insidet methodus, cuius alii
anteponenda, et maxime adhiben-
da, quum unitas morbida affectio-
ni haud insit, id est, quum eius sym-

ptomata, invicem non sint ita
connexa, ut idem ac cuncta unum-
quodque exhibeat; - quum necesse
sit non singula, sed. cunctorum
effectus, morbidam specificitatem
immediate prae se ferentes, oppu-
gnare. Causas, statum morbi-
dum provocantes, amovere, aut et-
ius symptomata tantum oppu-
gnare, quum causa proorsus la-
teat; aut, etiamsi eam amoveris,
nihil adsequaris, propterea quod
morbus in novam morbidam cau-
sam jam fuit conversus. Huiusmo-
di sunt binae rationes, quibus
Methodum rationalem adhiberi o-
portet, ita in etiologicam et sym-
ptomaticam merito divisam.

Nosologismus naturalis speciei
ad pathologicam accommodatae, no-
tionem praestat. Chydia est on-
tologia. Hoc internum princi-
pium, ab organismo sjunctum,
sed in organismo maxime appa-
rens, nos perducit, ut in vivo

animali duo principia inesse admit-
tamus, conservans unum, alterum
evertens; quod quantum sit absur-
dum, nemo inficias ibit.

Externa modificantia ab etiology
secluduntur. Sunt morbi; neque hu-
jus phenomenon primariae aut secun-
dariae causas, aut inter eas et effe-
ctus connectionem, cognosci contenditur.

Nosologiae species tam naturales,
et constantes esse oportet, quam
species, quibus Zoologicae Botanicae-
que classes constituentur. Tantum-
modo experientiae therapeuticae sub-
stantiae proprietates patefacere po-
test. Quam in notitia pars
tantum perducit.

Sic ex nosologismi admissione,
methodus empirica oritur, utilis-
sima profecto, quum morbida unitas
datur, id est, quum morbus specifi-
citatem suae se fert, si hoc verbum,
proprio sensu accipias. Specificitas
enim dicitur, quod speciem efficit.

Morbus igitur specificus ille est,

qui tanquam naturalis quaedam species se habet. Quidnam vero in nosologia naturalis species significat? Un type d'organisation, de forme et d'activité rigoureusement déterminé, qui se multiplie dans l'espace, et se perpétue dans le temps par génération directe, et d'une manière indéfinie. (Hollard).

Constantis typi cujusdam conservatio, et indefinita per directam generationem perpetuitas, quin cum alia specie communicat, quod in aliquot morbis observatur, historiae naturalis habetur axioma.

Specificitas morbidæ admittenda est, minime vero, tanquam ea principio interno morbos progignente profectas. Quam specificitatem si admittas, media therapeutica specifica admittas, necesse est, quorum usum magister, sui compos, rejicere nequit. Algori sunt, ad quas curandas satis ducimus Pitcairnis solvere problema = affectione data, ejus

Remedium invenire.

Empirismus vero solus ipse medi-
cum ducat haud oportet. Remedi-
um in morbo quodam prosperi suc-
cedere potest, non item in aliis.

In observationis via casus et res no-
vae accidunt, quominus illud sys-
temas tantummodo admittatur, sum-
mopere obstant. Gestae medicinae,
si veres, empiricismum principatum
primis obtinuisse perspicies. Pri-
ma remedia, forte, instinctu, observa-
tioneque docente, inventa sunt; - qui-
bus initis ac fundamentis iuricas
therapia succedit. Quinde haec or-
dine comprobat ratiocinatio, et in-
ter nova inquirenda, observationem
recit.

Saeculo decimo octavo saeculo, ad em-
piricismum animi supra modum con-
vergere. Doctrina Physicologica, Ba-
conis, Lockii et Davidi Home per-
vulgata, plurima medicamenta inven-
ta, quae systematibus tunc obti-
nentibus adversabantur, quorumque

agendi ratio cum quavis systematum
celebratorum convenire requibat, pro
fecto antiquas notiones rursus sus-
citarunt. Nostra tamen aetate,
qua philosophicae doctrinae oppor-
tunius diriguntur; nunc, quum non
Baconis, Lockii, Condillaci sensuales
sententiae, nec Descartes, Leibnitz,
et Hant rationales tantummodo ad-
mittuntur; nunc, quum objectivum
subjectivum non subicitur, et ecleti-
mus à Potamone saeculo secundo
profrugatus, pristinas jura repe-
tuit: medicina, quae philosophi-
am per varios casus semper co-
mitata fuit, doctrinam ecleti-
cam in singulas partes suas inve-
nit. Hanc vero universalem le-
gem evadere requibat Therapiae,
methodos therapeuticas, ratio-
natione, aut referentias invicem ad-
mittere non licebat, quin ea com-
posito, ut ita dicam, agerent, et
sibi invicem auxilium ferrent.
Ea ratiocinatione, observatione,

atque experientia veris hominis co-
gnitionum originibus, fundamenta
therapeuticae methodi, quam jam
tractavimus, rationali lingue nomine
didimus, educta fuerunt.

Empirica methodus tantum contra
morem adhibenda.

II

De febris puerperalis curatione.

Cum prophylactica curatio pe-
tatur, si pestilentes influus
timeatur; quum in causis generali-
bus, quibus foeminae subesse pos-
sunt, febris puerperalis pendeat,
apertum et evidens fit, prophylacti-
cam curationem febrim puerperali
esse adhibendam.

Agentia therapeutica ad id efficien-
dum praescribenda, in Classi medio-
rum Hygienicorum praecipue desur-
muntur. Opuscula paupertatis effe-
ctus, quibus plurimae gravidae vean-

tur foeminae, sustinere medium praecave-
re est, quod summo studio ad-
hiberi commendamus. Longe igitur
interesset, ut inter pestilentiam,
praegnantes foeminae, quarum pau-
peras omnibus innotesceret, postquam
ad septimum graviditatis mensem
pervenissent, in valetudinaria hos-
pitas benignè exciperentur. Quod
Lassere in Gallia admonerat, id
nos in Lusitania quoque fieri adhor-
tamur.

Domus parturibus destinatae pluri-
mos lectos capere non oportet; in-
gensque cura fovenda est non
modo, ut intus omnia et domus
ministri, et parturientes, munda
sint; sed etiam hujusmodi sedes
eligatur, ut in eam cunctae salubri-
tatis conditiones conveniant.

Ne post partum foeminae ex-
plo frigori obiciatur, summo fieri
cauendum; et inter pestilentiam,
obstetricantes operationes tantum,
quum aliter fieri processus nequeat,

sunt adhibendae.

Non tantum ex medicis hygienicis agentia prophylactica eliguntur. Nonnullae sunt substantiae medentes, quae ad idem efficiendum praescribuntur, licet earum virtus definiri nequeat. Alcoolium aceniti, tanquam prophylacticum à Tessier epistimatum, non ad id credendum satis magno experimentorum numero innititur. Quininae sulphas à Leudet adhibitum, melius, quam caetera, successit. Gaspar anno millesimo octingentesimo quadragesimo quinto hanc methodum tentavit; et quamvis non tam laetas, quam Leudet, epitus haberet, illius tamen virtutem agnovit nonnullam. Doctor Sidaguel quininae sulphate carbonatum ferreum adjicit.

Quonam modo quininae sulphas agit? In hos effectus virtus illius tonica influam operet? Fieri potest.

Si, etiam, his cautis, nihilominus morbus foeminam aggradiatur, curati-

oni prophylacticae curatio anteponatur.

Quaenam rationalis febris puerperalis curatio sit, alteri hujusce dissertationis parte argumentum praebet.

Methodus rationalis semper est adhibenda, et studia nostra ad se convertat, oportet.

In anteriori capite, quibusnam methodis therapeuticis fundamentis innitatur, disputavimus, quae, experientiae et analogiae, insistens, aque ratiocinio ducta, morbo medicamentum, cujus virtus sit nota, operare studet.

Dicimus etiam eandem methodum proximam causam propugnare, contendere, quod si adsequi non fuisset, symptomata saltem, plus attentionis postulantes, evertere.

Methodo symptomatica, in febre puerperali curanda utimur. Proximae hujus morbi causae, quaedam insunt conditiones, propter

quas etiologica therapeutica adhibe-
ri minime potest. Febris puerpe-
ralis variis obducitur formis; non
una semper facie symptomata ap-
parent. Hujus affectionis rationalis
curatio pro variis, quas morbus
prae se fert, formis varia esse de-
bet. "La fièvre puerpérale, Dubois
dit, a cela de commun avec tou-
tes les maladies, qui se montrent
quelque fois sous la forme épidé-
mique, avec ou sans caractère conta-
gieux, que chaque épidémie de cette
cruelle affection a en quelque sor-
te son génie propre....." Haec,
Dubois verba plurimarum pestilen-
tiarum epistolarum, quotidianaque ex-
perientia confirmant.

Non una tantum febris puerpe-
ralis rationalis curatio. Pro morbi
symptomatibus mutatur: quae,
quum ad duplicem prosint formam
reducitur, inflammatorium nempe et
typhoidem, hanc illam plerumque
subsequentem, tale quaestioni nobis

propositae, responsum reddemus: =

antiphlogistica curatione uti oportet, quum forma inflammatoria satis apparebit; contra vero, si forma sit tiphoides, tonica medicatio.

Atqui utendumne est aperte antiphlogistica medicatione? Id inquiratur deinde.

Medicatio antiphlogistica, in organismo imprimetur ab specialibus therapeuticis agentibus, ut morbi, excitatione pathologica totius sanguinei apparatus aut partis tantummodo insigniti, repellantur. Therapeuticis agentibus, ad id adsequendum adhibitis, antiphlogistica nominatur, et in vasorum apparatusu primitus vim agunt, cujus effecta consequentia illa primaria actione pendunt. Hac igitur definitione agentia excludimus, morbidam, excitationem vasorum imminentiam, propter actionem, quam indirecto in alia economica systemata, aut fun-

ctiones operentur. Antimonialia, pur-
gantia etc, ab antiphlogisticorum
Classe excluduntur, in qua contra
Sanguinis emissiones, diæta, reme-
dia emollientia comprehenduntur.

In priori hujus dissertationis par-
te, inter motum febrilem, ex phle-
gmasis organorum primariis orien-
tem, et idiopathicum, ea excita-
tione totius systematis vascula-
ris variarum causarum, non vero
inflammantium, ope productas
verum discrimen constituimus.

Hæc distinctio nihil propecto in-
teresset, nisi Therapias horum sta-
tum Morbidorum fundamento esset.

Cypedicus, qui pari febris intensi-
tate inter pyrexicam ac phlegma-
siam data, easdem indicationes
prescriberet, in gravem prolabe-
retur errorem. Inter inflamma-
tiones locales, pyrexicas sæpe su-
pervenientes, et phlegmasias primi-
tivas essentiali discrimen: harum
Caracteres supra numeravimus, quoniam

inter febres symptomáticas et essen-
tiales quid interesset, ostendimus.
Non quoties motus febriles obser-
vatur, phlegmasiae locales estem-
pelo formentur, consequens est. clyp-
tus febrilis, in se spectatus, ne-
quaquam, illas inflammationes lo-
cales progignit; sed affectio quidem
anterior et intima, quae febrem ex-
citavit. Non febris, sed quod
unam alteramque febrium speciem
comitatur, inter hanc phlegmasi-
am adfert. Febres illae, quae cum
affectione primitiva functionum
vitalium elementarium connecti
videntur, haud multos permanent
dies, antequam congestiones, phle-
gmasiae, et nutritionis multiformes
laesiones apparent.

Haec animum advertere ad Thera-
piae supra modum interest. Si
legamus pathologicam ab Louis in
vulgo editam, hisceque, verbis prom-
ptam = toute la fièvre finit
par engendrer des inflammations, =

omnino probaremus, quasque febres
sanguinem haurire, liceret.

Adversus phlegmasias primarias acutius,
quam adversus pyrexias, acerrime au-
tem contra phlegmasias secundari-
as, medicinae est agendum. Hoc
Clinicum axioma à medica traditi-
one, et phlegmasiarum febriliumque
haematologia confirmatur. In
manifestis phlegmasiis absolutum
febrinae, valde plastici sanguinis
elementi, incrementum character est
distinguens, magnique momenti, san-
guinem haurire, antiphlogisticam-
que curationem adhibere, necesse in-
dicans. In quibusdam pyrexiiis, licet
saepe una cum phlegmasiis secun-
dariis commixtis, antiplasticitas in
Crasi sanguinea, videtur. Emissi-
onibus sanguinis minime tunc
utendum. Quodsi inflammatio-
nibus localibus secundariis ingens
insit intensitas, si sanguis aliquis

plasticitatis adipiscitur, tunc emis-
sionis sanguinis curatioque anti-
phlogistica praescribitur, licet per
exigua quantitate, et tantum-
modo ad symptomatum phlegma-
sicorum localium curationem
pellendam; et, ne morbus rapi-
di suppuratione finiatur, praes-
cavendum.

Haec vero in febre puerperali,
formam inflammatoriam indu-
ente, prorsus videntur. Febris puer-
peralis ea affectione functionum
vitalium primaria proficiscitur:
illi vos morbus totius substantiae
apprime convenit. Status mor-
bidus varias organismi partes adeo
immutavit, ut motus febrilis, e-
tiam minimus, affectiones phlegma-
ticas secundarias adferat, multi-
plici loco plerumque erumpentes,
omniumque notitiam fallente; na-
tura quum non sepulerit, ut
sympathias excitaret, sensibilita-
temque sollicitaret. Tantum, quum

inflammatio adeo processit, ut illi-
us reactio dolens nimis in econo-
mia percipiatur; tunc antiphlo-
gisticis utemur oportet, valde ta-
men caute et moderate, elemen-
ti generalis, in statu morbido do-
minantes memores:

Noëllinier, emissiones sanguinis
generales inter febrem puerperalem
optime saepe successisse, affirmat;
sed tantummodo, quum pulsus
durus, et caetera symptomata,
morbum characteres formam inflam-
matoriam insignientes induisse mon-
strant. Emissiones sanguinis loca-
les generalibus anteprecedunt, quum
localia inflammatoria symptoma-
ta animum observantis attentum
prostant. modo, inunte morbo,
antiphlogisticam curationem adhibe-
re licet.

Ubi primum vires vitales actione
morbida sunt exhaustae, ubi primum
peculiares status typhoidis caracte-
res nonnumquam primo morbo appa-

rentes), videntur, tunc quidem meri-
to commendatur tonica medicatio,
ad statum adynamicum sic aper-
tum repellendum.

Tonica medicatio, si latiore sen-
su verbum sumatur, eo spectat, ut
teatibus vim addat, functiones assi-
milatrices demum constituat, et vi-
talem resistantiam organismo im-
primat. Unde tonicatorum ducitur
divisio in astringentia, - analeptica,
- et nervothetica.

Ut vitae organicae functiones rite
exerceantur, necesse est, ut nervorum
systema, cui ipsae obtemperant, vim
magnam, et constantem habeant,
absoluta inter agendum harmoni-
a praeditam. expedimentis, resis-
tentiam vitalem, atque normalem
synergiam visibus oeconomicae vi-
vis immediate imprimentia, to-
nica nervothetica nuncupantur.

Haec virtutem augent, qua a-
nimabilia, causis se immutantibus,
et revertentibus, resistere consueverunt.

Id tónica nervothenica adsequuntur,
vires radicales, seu in frasse, dire-
ctò applicando; atque contra ra-
tionem agendo, qua excitantia,
vires in actu agentias, agunt.

Hæc rationi conveniunt, qua
Barther virium principii vitalis
systema intelligit.

Si affectio quædam ad statum
typhoidem fuerat perducta, resis-
tentiam vitalem immixtam ve-
deas; vel quod causæ irritantes
in systema nervosum directè ege-
re, vel quod ægroti, viribus val-
dè debilitatis, nullæ causæ,
affectionum maligno characterè
insignitam adhibere. Defectus
resistentiæ vitalis, virium ra-
dicalium resolutio, ut Barther de-
cit, per demissionem functionum
organicarum, ad vitam servandam,
plus necessarium, patet.

Quum frustratio ad functiones
animales circumscribitur, nullum
defectus resistentiæ vitalis indicium

certum est. Haec prostratio ex vi-
rium depressione oriri potest; et,
ut earum radicalis immunitio-
nis effectus spectetur, necesse est,
ut ipsam debilitas per omnes
vitales functiones, comitetur.

Haec modo quum fiant, toni-
ca nervos theriaca, indicanda, sunt.
modo ad remedia recurrendum
est, quae directò radicales vitales
principii vires addant; et inter
multiplices substantias, nervos the-
ricorum classem constituentes,
nulla praesentius, quam cortex
peruvianus, agit. Ne credas
tamen corticem peruvianum, et
jusque succedaneas, sanquam cau-
sae morbosae antidotum agere.

Peruvianus cortex, ut in tanta in-
tensitate perseveret, sinit, sed or-
ganismum ad ejusmodi perducit
statum, quò illi resistat, ita ut
aegrotus, licet eisdem causis adhuc
obnoxius, ab illis tamen tam fa-
cile affici nequeat. Peruvianus

Cortex vires vitae radicales directo addit; quamobrem maxime commendatur in pathologicis statibus, ubi vires aperiendi deficiunt.

Febris puerperalis, ad statum typhoidem perducta, symptomatibus insignitur, quae cumque vires vitae radicales immunitas denuntiant, et statum organismi adynamicum testantur. Causae vitae adversae in nervosum systema vim egere; functionum vitae aegroti maxime necessariorum, intensitates minuerunt, synergiamque perturbant.

Forma typhoidis manifestata fuit, aut immediate post causae morbosae actionem, aut post formam inflammatoriam, quae plerumque progressus morbi initium facit.

Tonica nervosthenica medicamenta sunt formae typhoidi febris puerperalis consultius adhibenda, quippe quae oeconomiae satis ad visis-

ten dum vis addant, qua actionem
causae morbidae vitae adversam
repellere, possit.

Haec causa fit, ut quini-
nae sulphas lacte à Leconte
fuerit adhibitus, non ut cura-
tivas tantum, sed ut phlogis-
tica methodus? Gaempfer, ab
eodem auctore adlata, in Diari no-
mine Union epidicale dicto anni
millesimi octingentesimi quingua-
simi primi. Medicis animum add-
dant oportet, ut idem remedium,
adhibeant, quum in febrem puer-
peralem eadem, quas Leconte obser-
avit, conditiones incidant.

Effortum insignem reddebant for-
ma accidentium remittens, et
perniciosa, febris sui generis, et gra-
vis, et character phlegmasiarum
localium perlevis.

Quaecumque hactenus scripsimus
in hac dissertationis parte, ad
paucos contrahentes, haec possumus
educere:—

1^o est methodus curandi febrim puer-
peralem rationalis secundum for-
nam ab eadem inductam mutan-
da est.

2^o = Si forma detur inflammato-
ria, medicatione antiphlogisti-
ca caute utamus.

3^o = Si vero forma sit typhoidis
medicationem tonicam adhibenda
est.

Curatio per hydragium jux-
ta methodum Nilpau aut Lavo
utilissime erit adversus puerperalem
febrim? Si praecipuam
hydraguri actionem, et, ad quem
adsequendum in phlegmasiis sta-
tibus adhibeantur, finem perpen-
damus, nullo negotio illam me-
thodum therapeuticam, in eo, de
quo in praesentia agimus, morbo
curando, proorsus rejiciemus. In
statibus phlegmasiis, ad sangui-
nem dissolvendum hydragysi utimur
preparationibus; quippe quibus unum,

se inflammationis elementis, ut
physiologicam hujus substantiae
actionem animadvertentibus non
nullo negotio apparet, tollamus. Si
febris puerperalis simplicia, perito-
nitis aut Metro-peritonitis est,
si motus febrilis, nostrum ani-
mum attentum praestulans, status
phlegmasicas locales significaret,
si hi contra i motu febrili
non orientur, nec functiones vi-
tales immutatas, indicaret, pro-
fecto curatio per Hydragyrum
longe interesset, quum eo maxi-
mi spectaret, ut in liquido san-
guineo propensionem ad Phlegma-
sias progignenda, sustolleret.

Febris vero puerperalis longe ali-
ter se habet, ut saepe monui-
mus. elporbus ad adynamiam
semper aperte tendit, et nocuum
esset substantias praebere, illam
malam propensionem foventes, non
modo propter actionem Hydragysi
sanguinem dissolventis, sed etiam

propter virium defectum genera-
lemque debilitatem ex febrilismo
continuo et abundanti profectam.
In febre puerperali rationa-
liter curanda hydragyrum igi-
tur rejiciendum.

Inauguralis Dissertatio in Gymna-
sio Bonimbricensis Academiae pro-
fugata, a Francisco Antonio
Alves, Portucale nato, sub prae-
sidio D. D. Antonii Joachimi Bar-
jona, integra mensis Decembris
die tertia.

Franciscus Antonius Alves.

Antonius Joachimus Barjona.



[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]



